sa scandalisarent postea videntes ipsum pati tam ignominiose. Ecce quot modis ante et post resurrectionē suā saluator noster allicere corda hoīm ꝓcurauit ad supne felicitatis desideriū. et tñ mortales miseri nō nisi transitoria bona ista atq; terrena summo studio adipisci conantur. Ipse dei filius deus verus et gloriosus viam summi boni nos docuit. Ipse ad regnum celoꝝ nos inuitauit. Ipse in sua transfiguratione tribꝫ apostolis claritatem corpis delectabilem et omni suauitate repletā videri fecit. vt spretis mūdalibus rebus supna gaudia feruentius affectarent. Ad q̄ nos perducat ipse qui est bñ dictus et laudabilis in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo terciusdecimus de innocentia christi in quo ꝯfutat blasphemia eoꝝ qui dicūt xp̄m sua culpa iudeis exosum fuisse.

Peccatū fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Verba sunt p̄ncipis apostoloꝝ prima sua epistola. ca. ij. Iniquitas quorūdam hoīm ꝑuersoꝝ vsq; adeo inualuit: vt cum audiuit pijssimū saluatorē nostrum iudeis ꝓcurantibus ignominiose crucis tormentū subijsse. nō sine ipsius culpa factum fuisse improbe fateant. detestantur passiōis eiꝰ mysteria qui ꝓ nobis dignatus est mori. Et vt inquit Petrus. Tradebat iudicanti se iniuste qui peccata nostra pertulit in corpore suo sup lignum. vt peccatis mortui iusticie viuamus. Obijciunt autē nobis illi neq̄ quod nō videt verisimile iudeos ita concorditer ita frequenter ita hostiliter contra christū fuisse cōmotos: nisi aliquid reprehensione dignū deprehendissent. Neq; pylatus ꝯtra iusticiā hoīez sanctum veluti seduciosum et rerū cum sceleratis condemnasset ad mortē. Quāobrē vt hmōi ꝑditissimus error penitus extinguat. decreui de innocentia xp̄i in hoc sermone disserere. Ostendāq; christū iesum dei et virginis filium innocēter passum. nō ꝓpter aliquod eius peccatū. quia ab omni labe penitus fuit īmunis: ꝓut verba ꝓposita dicunt. in quibus de innocentia christi locuturi triplici rōne p̄ncipali ꝓbare illam contendemus.

¶ Prima rō dicit gratie plenitudo.
¶ Secundo malicie consuetudo.
¶ Tercia exemploꝝ multitudo.

¶ De plenitudine gratie christi qua illiꝰ aīa fulgebat omni mūdicia et sanctitate.

Capl'm. 1.

Prima ratio qua ꝓbamus innocētiā christi dicit gr̄e plenitudo. Fuit nāq; aīa eius plena gr̄a. Vñ scribit Joh. i. ca. Verbum caro factū est et habitauit in nobis. Et vidimus gl'iam eius gl'iam quasi vnigeniti a patre plenū gr̄a et veritatꝫ. Quare vt diximus in supioribꝫ nec peccauit nec peccare potuit. Sciendū tamen ꝑm theologoꝝ doctrinam et p̄cipue Alexandri de ales in iij. volumine summe. q̄ in christo distinguitur triplex gratia.

¶ Prima dicitur vnionis.
¶ Secunda capitis.
¶ Tercia singularis sanctitatis.

¶ Prima est gratia vnionis: de qua dicit Aug. Maior gratia nō pōt cogitari q̄ q̄ filius hoīs fit filius dei. Ratio huius gr̄e est q̄ nō est possibile ipsi creature humane ꝑ donū ꝯditionis nature. q̄ eleuet et disponat ad diuinā vnionē. Et ideo necessaria est ei gratia q̄ eleuet et disponat ipsam ad vnionem deitatis. Hanc aūt gratiam dicimus vnionis que in christo fuit ꝑfectissima ꝑm rōnem cause finalis. Nam vltimꝰ effectus gratie est nos vnire deo. Sed in alijs a christo talis vnio fit ꝑ cognitionē et amorē. In christo ꝟo nō solum ꝑ cognitionem et amorem: sed etiam in vnitate ꝑsone. vt si idem filius q̄ et filius dei: et hec est maior vnio que possit esse vel excogitari. Unde iste est effectus plenissimus qui possit esse gratie. ¶ Secūda gratia que est in christo dicit capitis ꝑm quā ē caput ecclesie etiā ꝑm hūanā naturā. Vñ ad Eph. i. ca. dicit apl's. Ipm dedit caput sup omnē eccl'iam q̄ est corpus eius. Hec ꝟo gratia fuit in christo plena ꝑm rationē cause efficientis. Nam sicut quedam luminaria ꝑficiunt suo lūine solū et nō hñt ptātē influēdi suū lumen alijs sicut patet de carbone.

Quedā ꝟo nō solū retinent suū lumen in se: sed ip̄m influūt ⁊ illuminant alia corpa Sicut ptz de flamma. Ita gr̄a xp̄i radiat ab ip̄o ad alios. nō aūt gr̄a in alijs sanctꝭ sed tm̄ ꝑficit ipsoꝝ aīas. nec hn̄t ptātez influendi ipsam. Et ꝓpter hoc sicut lumē in flāma dr̄ lumen plenū. lumen ꝟo in carbone dr̄ semiplenū. ita gr̄a in xp̄o ꝑm quā est caput dz dici gr̄a plena. In alijs ꝟo sctis respectu eius gr̄a semiplena. Vn̄ hugo in li. de sacr̄is ait. Sicut spūs hoīs mediante capite ad mēbra descendit viuificanda sic spūsſctūs ꝑ xp̄m venit ad xp̄ianos cuius plenitudo q̄dem existit in capite. ꝑticipatio ꝟo in mēbris. Notandū tn̄ hic ꝙ influentia gr̄e a deo ē dupliciter sine medio ⁊ ꝑ mediū. Sine medio xp̄us ꝑm ꝙ deus īmediate est dator gr̄e auctoritate ⁊ in ꝓpria rōne efficiētis ꝑ mediū xp̄s ꝑm ꝙ hō est dator gr̄e mltis modis. Est em̄ mediū ꝑ modū fidei. ꝑ modū meriti. ꝑ modū desiderij siue oꝛonis ⁊ ꝑ modū dispositionis. Est em̄ xp̄s ꝑmo mediū ꝑ modū fidei: ꝓut ipse ꝯsiderat̄ in fide. Nam fides q̄ de ipso siue de deo hoīe est disponit īmediate aīaz ad gr̄am. īmo īpossibile fuit sine fide illa aliquē gratū esse deo. Propter hoc dixit pr̄ Math. iij. ⁊ xvij. c. Hic est filius meꝰ dilectus in q̄ mihi bn̄ ꝯplacui. Ibi glosa. i. ꝑ ip̄m alij mihi placent. Et Aug. Sine fide mediatoris nullus vnq̄ placuit d̄o. Sil'r xp̄s est quoddā mediū ꝑ modū meriti. qꝛ ꝑ passionē suā meruit a pr̄e vt daret̄ gr̄a oībꝫ credentibꝫ in ip̄m ⁊ amantibꝫ ipsum Adhuc ꝑ modū desiderij est quoddā mediū. qꝛ oībꝫ credentibꝫ orat gratiā ⁊ desiderat. Vn̄ Joh. i. sua cano. ca. i. Aduocatuz habemus apud deū ⁊ pr̄em dn̄m nr̄m iesum xp̄m. Ipse. g̃ est mediū sicut aduocatus ⁊ orans vt det̄ nobis gr̄a. Insuꝑ ē mediū ꝑ modū dispositions q̄tū ad naturā. qꝛ tota hūana natura an̄ incarnationem erat digna odio ⁊ reprobatione ꝑ peccatuz originale. Sed cū fuit hūana natura assūpta a filio dei in vnitate ꝑsone disponebat̄ rōe p̄destinatoꝝ ad gr̄am dispositione cōgruitatis siue dignitatis. Sicut g̃ ꝑ vnū hoīem fuit lapsa. ita ꝑ vnū hoīem deuz. s. xp̄m ꝑ vnionē cū deitate fuit disposita ad iustificationē. ¶ Tercia gr̄a q̄ est in xp̄o dr̄ singularis sanctitatꝭ q̄ fuit in eo plena ꝑm rōem cause formalis plene informās aīaz xp̄i ⁊ plenissime om̄s vires eius q̄tum ad oēs actus ipsaꝝ. qꝛ in ipsa aīa xp̄i est gr̄a cognitionis ⁊ veritatis oīm. Et hic ꝑficit q̄tū actū rōis. Et ꝑficit q̄tū ad actū ꝯcupiscibilis q̄ est amor bonitatis. Et etiā ꝑficit q̄tū ad zelū irascibilis. In alijs ꝟo sāctis licz informaret ꝑm excellētiā ad vnū actū nō tn̄ ad oēs actus. Et cū in alijs sanctis sit p̄eminentia respectu alicuius doni In xp̄o tn̄ est p̄eminentia respectu oīm donoꝝ. qꝛ nō hz gratiā ad vnū actū gr̄e tm̄: sz ad om̄es. Et h̄ est qd̄ dicit Aug. ꝙ accepit gr̄am totaliter ⁊ vniuersal'r. Vn̄ ꝯpatio gr̄e xp̄i ad gr̄as alioꝝ ꝑm plenitudinē ⁊ ꝑfectionem est. ꝑm ꝙ ꝯpat̄ figura circuli ad figuras alias angulares. Circulus em̄ est capacissima figura respectu aliarū: ita gr̄a xp̄i capacissima est. Capax quippe est oīs actus cuiuslibet virtutis: qd̄ nō est in alijs gratijs sctōꝝ. Contra ista posset q̄s arguendo dicere. ꝙ in xp̄o nō fuit plenitudo gr̄e. Nam in xp̄o hoīe nō fuerūt oēs ꝟtutes. Sed nō est plenitudo gr̄e sine plenitudine oīm virtutū. g̃ in ipso nō fuit plenissima gr̄a. Nam in ipso nō fuit liberalitas ⁊ magnificētia. qꝛ he ꝟtutes hn̄t actū suū circa diuitias q̄s xp̄us ꝯtēpsit. Scd̄o nō fuit in ipso tēpantia ⁊ ꝯtinentia. qꝛ he sunt ꝯ ꝯcupiscentias p̄uas: q̄ in xp̄o nō fuerūt. Tercio ꝑm ph̄m in. vij ethi. Virtus diuidit̄ ꝯtra quendā heroicū siue diuinuz habitū q̄ attribuit̄ hoībꝫ diuinis. hoc autē maxime ꝯuenit xp̄o: g̃ nō habuit virtutes sed aliquid altius virtute. His tn̄det sanctus Tho. iij. ꝑte. q. vij. ꝙ sicut gr̄a respicit essentiā aīe. ita virtus respicit eius potentiam. Vn̄ oportet ꝙ sicut potentie deriuātur ab eius essentia: ita virtutes sint deriuationes q̄dam gr̄e. Quanto autē aliqd̄ p̄ncipiū est ꝑfectius: tanto magis imp̄mit suos effectus. Vnde cū gr̄a xp̄i fuerit ꝑfectissima: ꝯsequens est ꝙ ex ipsa ꝓcesserint virtutes ad ꝑficiendū singulas potentias aīe q̄tum ad omnes anime actus. Et ita christus habuit om̄es virtutes. Ad illud vero quod inducebatur de liberalitate. dicendū ꝙ liberalitas ⁊ magnificentia cōmendantur circa diuitias inq̄tum ali-

q̄s nō tm̄ existimat diuitias q̄ velit eas re
tinere p̄termittendo id qd̄ fieri oportz. Il/
le aūt minime diuitias extimat q̄ penitus
eas ꝯtremuit ⁊ abijcit ꝓpter ꝑfectōis amo
rem. Et ideo in hoc qd̄ xp̄s om̄es diuitias
cōtempsit. ostendit in se summū gradū li/
beralitatis ⁊ magnificentie. licz aūt libera
litatis actum exercuerit ſm q̄ sibi ꝯueni/
ens erat faciendo pauꝑibus erogari q̄ sibi
dabant̄. Ad illud vero qd̄ tangebat̄ de tē/
perantia dicit sanctus Tho. q̄ licz xp̄s cō
cupiscentias prauas nō habuerit. ꝓpter h̄
tn̄ nō excludit quin habuerit tꝑantiā. que
tanto ꝑfectior est in hoīe q̄ꝫ tomagis p̄uis
ꝯcupiscētijs caret. Vn̄ ſm ph̄m. vij. ethi.
Tꝑatus in hoc differt a ꝯtinente q̄ tꝑat⁹
nō habet prauas ꝯcupiscentias quas cō/
tinens patit̄. Unde sic accipiendo ꝯtinen
tiam. sicut ph̄s accipit. ex hoc ipso q̄ xp̄us
habuit oēm virtutem nō habuit ꝯtinenti
am que non est virtus: sed aliquid minus
virtute. Ad aliud insup̄ quod dicebat̄ de
habitu heroico. Rn̄det̄ q̄ habitus ille he/
roicus vel diuinus nō differt a virtute cōi
ter dicta. nisi ſm ꝑfectiorem modū inq̄ꝫ tū
scz aliquis est dispositus ad bonū quodaz
altiori modo q̄ꝫ cōiter omnib⁹ competat.
Unde ꝑ hoc nō ostendit̄ q̄ christus non
habuit virtutes. sed q̄ habuit eas ꝑfectis
sime vltra cōem modū. sicut etiam Ploti/
tinus posuit quendā sublimē modū virtu
tum quas esse dixit purgati animi. Sed
adhuc dubitat̄ de fide spe ⁊ penitentia: q̄
nō vident̄ fuisse in christo. Nam fides est
cum visione enigmatica. Christus ꝟo vi/
debat sine enigmate. Et spes est expecta/
tio future beatitudinis que non habetur.
Ipse autē iam beatitudinē habebat: ⁊ nō
expectabat eam. Penitētia est virtus qua
cōmissa cum emendationis ꝓposito plan/
gimus ⁊ odimus: quod xp̄o cōuenire non
potest. Respondet ad h̄ alexander de ales
q̄ sunt q̄dam dona gratuita cū imꝑfectio
ne. q̄dam que nō dicūt imꝑfectionē. Fides
ergo est donū gratuitū cum imꝑfectione.
Nam assentit veritati quā nō videt. h̄ qd̄
dico assentire veritati perfectionis est. Sz
hoc qd̄ dico quā nō videt imperfectionis.
Spes etiam heret summo bono illud ex/
pectando. Expectare imꝑfectionis est. sed
herere sūmo bono ꝑfectionis. Silr̄ pnia ē
donū gratuitū cū imꝑfectione. Penitentia
nāq̄ꝫ ꝯsistit in detestatione mali qd̄ cōmis
sum est. detestatio mali dicit ꝑfectionē. sed
qd̄ cōmissum est dicit imꝑfectionē. Cū g̃
in ipsa gr̄a que est plena īmo plenissima si
cut est gr̄a xp̄i nulla sit imꝑfectio. pz q̄ nō
debuerūt in ipso esse dona gratiaꝝ cū im/
ꝑfectione rōne sue ꝑfectionis. Et ꝓpter hoc
nec fides in rōne fide: nec spes in rōe spei:
nec pnīa in rōne pnie debuerūt esse in xp̄o.
qr sub rōnib⁹ istis dicūt imꝑfectionē. Sz
illud solū qd̄ erat ꝑfectum in istis donis
fuit in xp̄o. In ipo em̄ fuit assensus prime
veritati qd̄ est ꝑfectionis in fide. Sed illd̄
qd̄ est imꝑfectionis nō fuit in ipso. s. cogni
tio enigmatica. Silr̄ in ipso fuit maxime
qd̄ est ꝑfectionis in spe. s. adhesio cū sūmo
bono: sed nō cū illa imꝑfectione q̄ est expe/
ctatio boni qd̄ nō habet. Sic etiā qd̄ est ꝑ/
fectionis in pnīa fuit maxime in ipso. quia
nunq̄ꝫ aliquis tantū potuit detestari pec/
catū q̄ꝫtum ipse detestabat̄. qm̄ nunq̄ꝫ ali/
quis habuit tantā oppositionē voluntatis
ad malū. Semp̄ g̃ qd̄ est ꝑfectionis gr̄e ⁊
plenitudinis est in gratia absoluta sine sin
gularis sanctitatis ipsius xp̄i. g̃ in ipso ſm
ꝑfectionem om̄s virtutes: om̄s gr̄e gratis
date ⁊ om̄ia dona spūssancti. Verūtamen
aliqui dubitant an in xp̄o fuerit donū ti/
moris. quia Johes p̄ma suo cano. ca. iij. di
cit. Perfecta charitas foras mittit timorē
Perfectissima aūt charitas fuit in christo
quare videret̄ q̄ nō fuerit in ipso donū ti/
moris. Contrariū tn̄ habet̄ ꝑ Esa. qui. ca.
xi. ita dicit de xp̄o. Requiescet sup̄ eū spūs
timoris dn̄i. Propterea notanda sunt ver
ba sancti Tho. in. iij. ꝑte. q. sup̄ posita vbi
aitq̄ timor respicit duo obiecta. quorum
vnū est malū terribile. Aliud est ille cui⁹
potestate malum potest inferri. In christo
fuit timor dei nō q̄dem ſm q̄ respicit ma/
lum separationis a deo ꝑ culpā. nec ſm q̄ re/
spicit malū punitionis ꝓ culpa: sed ſm q̄
respicit ipsam diuinā eminentiā, put. s. aīa
xp̄i. q̄dam affectu reuerentie mouebat̄ in
deū a spūsancto acta. Vn̄ ad Heb. v. ca.
dicit̄. Exaudit⁹ est ꝓ sua reuerentia. Hūc
aūt affectum reuerentie ad deū xp̄s ſm q̄
hō p̄ ceteris habuit pleniorē. Johes g̃ eū

dicit. q̄ ꝑfecta charitas foris mittit timorē loquit̄ de timore ꝑm q̄ respicit obiectū q̄d est malū. Quare ꝑm theologoꝝ sn̄ia ⁊ veritatis doctrinā. Xp̄s omni virtute om̄iq̄ sanctimonia p̄ditus fuit. Erat totus dulcis. totus modestus om̄ib⁹ benefaciens et neminē iniuste ledens. Et vt inquit Esa. liij. ca. Vulneratus est ꝓpter iniq̄tates nostras: ⁊ attritus est ꝓpter scelera nostra.

¶ Q̄d nō est mirandū si iudei ꝑsecuti sūt xp̄m qui semp̄ malefacere consueuerunt.

Capl'm. II.

Secunda ratio qua ꝓbamus innocentiā xp̄i dicit̄ malicie ꝯsuetudo. Populus nāq̄ iudeoꝝ paucis dumtaxat exceptis ꝯsueuit esse malus a generatione in generationez. Non est igit̄ mirū si innocentē filium virginis crucifigi ꝓcurauit. Et ne iudei conquerant̄ de nobis quasi vellemus ip̄os falso ꝯdemnare ꝓducamus in mediū veteris testamenti scripturas que apud eos etiaz omni veritate fulgere credunt̄. Exo. xxxij ca. Deut. ix. ca. dixit deus moysi. Cerno q̄ ꝓpl's iste dure ceruicis sit. Et Numeri. xi ca. Ortus est murmur populi quasi dolentiū p̄ labore ꝯtra deū. Et Numeri. xiiij. ca. quasi conqueri visus est de⁹ dicens. Vsq̄ quo detrahet mihi ꝓpl's iste. Et Nūe. xvi. ca. Murmurauit om̄is multitudo filioꝝ isrl'. Et egressa ira a dn̄o ꝑcussi sunt quatuordecim milia hoim. Et Nume. xxij. c. Locutus est ꝓpl's ꝯtra deū ⁊ ait. Aia nr̄a nauseat sup̄ cibo isto leuissimo. Et Deut. ix. c. Dixit moyses. Contēpsistis imperiū dn̄i dei vestri ⁊ nō credidistis ei. neq̄ vocē eius audire voluistis: sed semp̄ fuistis rebelles. Et Judi. ij. ca. scribit̄. Fecerunt filij israel malum in conspectu dn̄i ⁊ seruierūt baalim ac dimiserūt dn̄m deum patrū suorū qui eduxerat eos de terra egypti: ⁊ secuti sunt deos alienos. Et infra. Iratus dn̄s ꝯtra israel tradidit eos in manus diripiētium: q̄ ceperūt eos ⁊ vendiderūt hostib⁹ q̄ habitabant ꝑ girū: Et Judi. iij. ca. Filij isrl' habitauer̄t in medio chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ euei ⁊ iebuzei ⁊ ferezei. ⁊ duxerūt vxores filias eoꝝ. ipsiq̄ filias suas eorū filijs tradiderūt ⁊ ꝑuierūt dijs eoꝝ. fecerunt q̄ malū in conspectu dn̄i ⁊ obliti sunt dei sui seruientes baalim ⁊ astaroth. Iratusq̄ ꝯtra isrl' dn̄s tradidit eos in manus regis mesopotamie: ⁊ ꝑuierūt ei octo annis Et Judicū. iiij ca. Addiderūt filij israel facere malū in cōspectu dn̄i post mortem Aoth. ⁊ tradidit illos dn̄s in manu Jabin regis chanaan. Et Judi. vi. ca. Fecerūt filij israel malū in ꝯspectu dn̄i q̄ tradidit eos in manu madian septem annis: et oppressi sunt valde ab eis. Et Judicū. x. c. Filij israel peccatis veterib⁹ noua iungentes fecerūt malū in ꝯspectu dn̄i: ⁊ ꝑuierūt idolis baalim ⁊ astaroth ⁊ dijs syrie acsidonis ⁊ moab ⁊ filioꝝ amon ⁊ philistim. dimiserūtq̄ dn̄m ⁊ nō colebant eū. Contra quos iratus dn̄s tradidit eos in man⁹ philistinoꝝ ⁊ filioꝝ amon. afflictiq̄ sunt ⁊ vehemēter oppressi ꝑ annos decem ⁊ octo Et. ij. Paralipo. xxiiij. ca. Principes iuda dereliquerūt templū dn̄i ꝑuierūtq̄ sculptilib⁹. ⁊ facta est ira dei ꝯtra iudaz. mittebat eis ꝓphetas vt reuerterent̄. quos illi audire nolebant. Et. i. Hesdre. ix. ca. Peccauimus dn̄e grauiter vsq̄ ad diem hanc et ꝓ iniquitatib⁹ nostris traditi sumus ipsi ⁊ reges nostri ⁊ sacerdotes nostri in manibus regū terraꝝ ī gladiū ⁊ ī captiuitatē. Et. ij. Hesdre. ix. c. Patres nostre sup̄be egerūt ⁊ indurauerūt ceruices suas ⁊ nō audierūt mandata sua. Et Judith. vij. ca. Peccauimus cū patrib⁹ nostris iniuste egimus iniquitatē fecimus. Et Esa. i. ca. ꝯquerit̄ deus dicens. Filios enutriui ⁊ exaltaui ipsi aūt spreuerūt me. Cognouit bos possessorem suū ⁊ asinus p̄sepe dn̄i sui. Israel aūt nō cognouit me. ꝓpl'us meus nō intellexit ve genti peccatrici ꝓpl'o graui iniquitati semini neq̄ filijs sceleratis dereliq̄rūt dn̄m blasphemauerūt sanctū israel abalienati sunt retrorsum. Et esa. xxx. ca Popul⁹ em̄ ad iracundiā ꝓuocatus est ⁊ filij mendaces filij nolentes audire legē dei. Et Hieremie. v. c. Audi popule stulte q̄ nō habes cor. qui habentes oculos nō videtis ⁊ aures nō auditis. Et Hieremie. vij. c. Non audierūt me inquit deus nec inclinauer̄t aurem suam: sed abierūt in prauitate cordis sui mali. Et Hieremie. xiij. ca. Populus pessimus q̄ noluit audire verba mea

Et Baruth.ij.ca. Multitudo hec maxi/
ma ꝯuertet̃ in minimã. ꝓplus est em̃ dura
ceruice. Et ezechiel.ij.c. Filij dura ceruice
⁊ indomabili corde sunt ad quos ego mit
to te. Et Ezech. viij.ca. Iniquitas dom⁹
israel ⁊ iuda magna est valde. Quid ad
hec ⁊ mltoplura que omittimus iudei po
tuerũt rñdere. aut quõ excusare valebunt
iniquitatẽ ipsoꝝ. tot tantisq; vocib⁹ p̃dica
tam. Sicut in quolibet tpe erga deum in/
gratissimi sunt reperti. sic dũ in ꝓpria ve/
nit ⁊ homo factus est eũ nõ receperũt. im/
mo sibi vsq; ad mortẽ fuerũt infesti. Qui
tñ obloq̃ adhuc de xp̃o p̃sumũt. arguũtq;
ꝯtra nos dicentes ip̃m fuisse culpabilem
⁊ peccatorẽ potissimũ ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter offensionem.

¶ Secundo ꝓpter violationem.

¶ Tercio ꝓpter indignationem.

¶ Primo iudei dicũt xp̃m fuisse culpabilẽ
ꝓpter offensionem. Quia p̃dicauit iudeis
illos offendendo. hoc aũt fieri nõ debuit.
qm̃ vt Aug. dicit in libro de agone xp̃iano
In hoie iesu xp̃o se nobis ad exemplũ vi/
te p̃buit filius dei. nos ꝟo debemus vitare
offensionem nõ solum fidelium: sed etiam
infidelium. ſm illud. i. ad Corint. x. c. Si
ne offensiõe estote iudeis ⁊ gentib⁹ ⁊ eccle
sie dei. Quare videt̃ q' ipse xp̃s in sua do/
ctrina vitare debuit offensionem iudeoꝝ.
Ad hoc respondet sanctus Tho. iij. parte
q. xlij. q' salus multitudinis est p̃ferenda
paci quorũcũq; singulariũ hoim. Ideo qñ
aliq̃ sua ꝑuersitate multitudis salutẽ im/
pediũt nõ est timẽda eoꝝ offensio a p̃dica
tore vl' doctore. Scribe aũt ⁊ pharisei ipe
diebant salutez populi. tũ qꝛ repugnabãt
xp̃i doctrine ꝑ quã poterat audientib⁹ esse
salus. tũ etiam quia prauis suis moribus
vitam alioꝝ corrumpebant. Et ideo dñs
nõ obstante offensione eoꝝ publice verita/
tem quam illi obediebant ⁊ eoꝝ vicia ar/
guebat. Unde Math. xv. ca. discipulis ei
dicentibus. Scis quia iudei audito hoc
verbo scandalisati sunt. Respondit. Sini
te illos ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Qd̃ vero
apostolus dicat. Sine offensione estote.
Respondendum. Qd̃ homo sic debet esse
sine offensione omnib⁹ vt nulli det suo fa/
cto vel dicto minus recto occasionem rui/
ne. Si tamen de veritate scandalum ori/
tur vtilius scandalum nasci permittit̃ q̃
veritas relinquatur. ¶ Secundo iudei di
cunt christum fuisse peccatorem ⁊ legis
transgressorem ꝓpter violationez. quia sa/
bata violabat. Preceptum qui ꝓpe erat vt
nil operis tunc fieret. Ipse vero dixit lan/
guido quem sanauit in ꝓbatica piscina vt
tolleret lectum suum. Johis. v. ca. Et con
sensit discipl'is qui in sabbato spicas euel
lebant excusando eos. vt habetur Math.
xij. ca. Ergo in hoc peccauit ⁊ contra legẽ
fecit. Ad hoc respondet sanctus Tho. in
iij. parte. q. xl. q' christus in omnibus ſm
legis precepta conuersatus est. in cuius si
gnum etiam voluit circumcidi. Circum/
cisio em̃ est quedam ꝓtestatio legis implẽ
de. Qd̃ autem curauit in sabbato langui/
dum cui dixit vt tolleret lectum suum nõ
fuit contra legem. Primo quia per prece/
ptum de sanctificatione sabbati nõ inter/
dicitur opus diuinũ: sed humanũ. Quã/
uis em̃ deus die septima cessauerit a no/
uis creaturis condendis q̃tum ad earuz
principia. semper tamen operatur in reruz
conseruatione ⁊ gubernatione. Itaq; mi/
racl'a que christus faciebat in sabbato nõ
erant opera humana: sed diuina. Unde
ipse dixit Joh. v. c. Pater meus opat̃ vsq;
modo ⁊ ego operor. Secũdo xp̃s nõ fecit
contra legem: quia illo p̃cepto de sabbato
sanctificando nõ ꝓhibent̃ opera que sunt
de necessitate salutis corꝑalis. Uñ Luc.
xiij. ca. dixit. Unusq̃sq; vr̃m nõ soluet sab/
bato bouẽ suuz aut asinũ a p̃sepio: ⁊ ducit
adaquare. Et infra. xiiij. c. Cui⁹ vr̃m asi/
nus aut bos in puteũ cadit ⁊ nõ ꝯtinuo ex
trahet illum die sabbati. Manifestũ est
autẽ q' opera miraculosa que xp̃s faciebat
ad salutẽ corꝑis ⁊ aie ꝑtinebant. Tercio
nõ fuit legis transgressor christus qm̃ illo
p̃cepto nõ ꝓhibent̃ opa que ꝑtinent ad dei
cultũ. Uñ dixit Math. xij. An non legi/
stis in lege quia sabbatis sacerdotes in tẽ
plo sabbatum violant: ⁊ sine crimine sunt
Et Johis. vij. c. dixit. Circũcisionem ho/
mo accipit in sabbato. Qd̃ autẽ christus
ꝑalitico mãdauit vt lectũ suũ sabbato por
taret. ad cultũ dei ꝑtinebat. id est ad lau/
dẽ ꝟtutis diuine. falso g̃ obijciebant iudei

dicentes Joh. ix. c. Non est hic hō a deo: q̄ sabbatū nō custodit. Sil'r discipuli nō fecerūt ꝯtra legem cū spicas collegerunt in sabbato. qꝛ sic facere coegit illos necessitas ꝓpterea iudeis murmurantibꝫ rn̄dit xp̄s. An nō legistis q̄d fecerit. Dauid qn̄ esuriit ⁊ qui cū eo erant. Quō intrauit in domū dei ⁊ panes ꝓpositionis comedit. licet in lege p̄ceptū fuisset q̄ panes illos sacerdotes soli comederēt. Imminente tn̄ necessitate Dauid sanctus p̄dictos panes sine peccato comedit. sicut ptz. i. Regꝫ. xxi.

¶ Tercio iudei dicūt xp̄m fuisse rep̄hensibilem ꝓpter indignationē. Indignabatur em̄ ⁊ irascebatur verbisq̄ ⁊ factis molestabat phariseus ac illoꝝ sequaces. Loquebat' illis ꝯtumeliose ⁊ eiecit flagello ementes ⁊ vendentes de templo. Ira aūt opponit' mā suetudini. vt ptz ꝑ ph̄m in. iiij. ethi. Et vt inquit Jacobꝫ. i. c. Ira em̄ viri iusticiam dei nō opat'. Ex quo videt' q̄ xp̄s nec iustus nec mā suetus fuit: g̊ peccator ⁊ culpabilis multū. Ad qd̄ rn̄demus s̄m doctrinam theologoꝝ q̄ in xp̄o nō fuit ira q̄ est vicium. sed ira ꝑ zelum a rōne impata Nam vt dicit Aristo. Non irasci vbi ⁊ qn̄ oportet videt' insipientis esse. Ira ergo q̄ transgredit' ordinem rōnis est ꝯtra iusticiam ⁊ mansuetudinē. nō ira que est s̄m rōrōnis imperiū. Locutus itaq̄ est xp̄s contumeliose phariseis amore iusticie ⁊ veritatis. Similitit ꝓpter zelum eiecit omnes ementes ⁊ vendentes de templo. in q̊ etiā suā diuinitatē declarauit. Un̄ Hiero. sup Math. ait Inter oīa signa que fecit dn̄s hoc videt' esse mirabiliuus q̄ vnus hō ⁊ illo tpe ꝯtēptibilis potuerit ad vnius flagelli verbera tantā eijcere multitudinem. Igneū em̄ quoddā ⁊ sidereū radiabat ex oculis eius ⁊ diuinitatꝫ maiestas lucebat in facie. Et Origenes dicit sup Joh̄em. Hoc esse maius miraculū eo q̄ aqua conuersa ē in vinū eo q̄ illic sb̄sistit inanimata materia. hic vero tot milium hoīm domant' ingenia. Nihil g̊ ꝯtra xp̄m loqui debent iudei maligni: sed agnoscere prauitatem ⁊ duritiam cordis eoꝝ.

¶ Qd̄ sepenumero mali psequunt' bonos ꝓpter odiū ⁊ inuidiam ac ꝓprium amorez ita iudei persecuti sunt christū. Ca. III

Tertia ratio principalis qua ꝓbamus innocentiā xp̄i dicit' exēploꝝ multitudo. Sūt nanq̄ in ꝓmptu exempla plurima in scripturis diuinis ⁊ humanis in quibꝫ ostendit' q̄ sepenumero q̄ mali fuerūt ⁊ pestilētes innocentibꝫ: ⁊ bonis ac iustis aduersati fuere. Qd̄ factū ꝯperimus triplici de cā

¶ Prima ꝓpter odiū veritatis.

¶ Scd̄a ꝓpter inuidiā aliene felicitatis.

¶ Tercia ꝓpter satisfactionē cupiditatis.

¶ Prima causa quare mlt̄i scelerati hoīes iustis ⁊ bene viuentibꝫ fuerūt aduersati. fuit odiū veritatis. Nam qꝛ illi. vt dicebāt veritatē loquebant' odio sunt habiti. Inquit em̄ Terenti⁹. Obsequiū amicos veritas odium parit. Et Hiero. ad Occeanū. Ita se habet natura vt amara sit veritas. vicia ꝟo dulcia existiment'. Sed quō inq̄s hoc est credibile vt veritas odienda sit. cū Luctācius dicat in. i. lib. diui. insti. Nullus est suauior aīe cibꝫ q̄ cognitio veritatis. Et rn̄det sanctus Bonauen. in ꝓlogo p̄mi libri sn̄iaꝝ. q̄ duplex est effectus veritatis. Primus illuminare. ⁊ q̄tū ad istum nemo ipsam odit. qꝛ oīs naturalit' illuminari desiderant Secūdus effectus est arguere. ⁊ hunc habet in malis manifestando em̄ mala redarguit illa facientez. Ex quo mali odiūt veritatē. Un̄ saluator noster Joh̄is. iij. ca. dixit. Oīs q̄ male agit odit lucem. Et vt veniamus ad rē est exemplū Esaie innocētis q̄ ꝓpter veritatem fuit serra secatus. de quo inq̄t Hieronimus. in ꝓlogo in Esayam. Esayas in hierl'm nobili genere ortus est. ibiq̄ ꝓphetauit sub manasse rege. sectus in duas ꝑtes occubuit. Manasses idolatra fuit. et Esayam auum maternū s̄m hebreos vel affinem suum eiectum extra ciuitatē hierusalem circa piscinam siloe serrra lignea ꝑ medium secari fecit. De Hieremia insup diximus in s̄monibꝫ de timore diuinorū iudicioꝝ qualiter grauissimas ꝓpter veritatem passus est ꝑsecutiones ⁊ iniurias tandem lapidatus est. Unde Hiero. in ꝓlogo in Hieremiā dicit. Hieremias anathothites qui est viculus tribus ab hiero

solymis distans miliaribꝫ apud taphnas in egypto de populo lapidibus obrutis occubuit. Jacet ꝟo in eo loco sepultus quo dudũ pharao rex habitauerat. Et quoniã postulatiõe sua defugatis ab eodẽ loco serpentibꝫ. egyptios a tactu aspidũ facit esse securos. Magna cum ibi religiõe egyptij venerant. Hec Hieronymus. Daniel ꝓpter veritatẽ leonibus deputatus fuit. in quorũ lacu permansit sex diebus. Ad quẽ adductus est per angelũ Abacuc vt cibaret eum. vt scribitur Danielis vltimo ca. Johãnes baptista. qꝛ arguebat herodem ꝓpter herodiadẽ quã tulerat fratri suo philippo vxorẽ. vt refert mar. c. vi. In vinculꝰ positus est ⁊ capite truncatus. Anaxoras apud atheniẽses reus factus est. qꝛ dixit solẽ esse lampadẽ ardentem. negans vtiq; esse deũ. vt dicit Augustinus li. xviij. de ciuitate dei. Socrates ꝓpter veritatis patriciniũ veneno perijt. Cicero vt scribit Plutarcus quartũ ⁊ sexagesimũ agens annũ. iussu marci antonij ꝓpter philippicas q̃s ꝯtra eum scripserat capite ⁊ dextera truncatus est. Sed Lactantius defendere volens verũ cultum xp̃i aduersus deos falsos gentiliũ. Ciceronẽ reprehendit. qꝛ in rebus diuinis timuit veritatẽ sua eloquẽtia protegere. Inquit eĩ li. ij. sic. Cum intellexisset cicero falsa esse que homĩes adorarent multaq; dixisset que ad euersionẽ religionũ valerent. subdidit illa nõ esse vulgo disputanda. Et infra sequit. Si quid tibi virtutis ẽ cicero experire populũ facere sapientẽ. digna res est vbi om̃es eloquẽtie tue vires exeras. Non em̃ verendũ est ne tibi in tam bona causa deficiat oratio. qui sepe etiã malas copiose ac fortiter defendisti. Sꝫ nimirũ socratis carcerẽ times ideoq; patrociniũ veritatis suscipere non audes. At mortẽ vt sapiẽs ꝯtẽnere debuisti. Et erat multo pulchrius vt ob benedicta q̃ ob maledicta morerer. Nec tibi laudis plus philippice afferre potuerunt q̃ discussus error humani generis ⁊ mẽtes hominũ ad sanitatẽ tua disputatiõe reuocare. Hec Lactantius. Verũtamen ⁊ si Cicero nõ om̃ia dixit que forte nouit de superstitionibus noxijs gentiliũ. Nobis debet esse satis ꝙ Marcus antonius fecit illuꝫ occidi fecit. quoniã vitia illius ⁊ scelera tacere noluit. Vt em̃ tradit Plutarcus marcus antonis odio erat cũctis bonis ꝓpter suaꝫ lasciuã vitã. versabat quidẽ libenter inter aleatores scorta. mimos ⁊ histriones Qui tandẽ ab octauiano superatus Alexandrie vbi fugiens se collegerat aĩoq; etatis sue quinquagesimo sexto gladio se peremit. Et ne multa dicamus iniquis ⁊ deprauatis mentibꝫ magis placet adulatores blandi falsa loquentes: q̃ qui vera dicere quocũq; modo conant. ¶ Secunda causa quare mali insidiant bonis, illosq; ꝑsequunt est inuidia felicitatis aliene. ꝺ hac ꝟo plene dixi in quadragesimali de penitentia in sermone de inuidia. vbi ꝯmemorandũ est qualiter innocens Abel a fratre Chaym peremptus fuit. vt scribit Gen. iiij. c. Et Joseph a frĩbꝫ venditꝰ ismaelitꝫ. vt dr̃ Gen. xxxvij. ca. Et Dauid a Saule temptatus occidi. vt ponit. i. Regũ. xviij Ibiq; de furio camillo ⁊ Scipione affricano explicatũ est quanta iniuste tulerũt eis ab inuidis ciuibꝫ irrogata. ¶ Tertia causa quare innocẽtes ⁊ iusti oppressi sunt ab iniq̃s ꝓpter satisfactionẽ cupiditatis. Exemplũ est de naboch. de quo scribitur. iij. Regũ. xxi. c. ꝙ occisus est procurante dolosa iezabele vxore regis agab: eo ꝙ noluit dare vineã suã q̃ erat iuxta palatiũ achab regis samarie: quare a falsis testibꝫ ꝯuictꝰ tanq̃ blasphemasset deũ ⁊ regẽ extra ciuitatẽ lapidatus est. De susanna insuper legimus Daniel. xiij. c. ꝙ eo qꝛ nõ ꝯsensit in libidinẽ illoꝝ senũ qui exarserant in ꝯcupiscentiã eius: procurabãt illi ignominiosam eius mortẽ: que secuta fuisset nisi deꝰ suscitasset spiritũ danielis: qui senes ꝺ falsa criminatiõe ꝯuicit. quare ⁊ ip̃i lapidati sunt. Susanna ꝟo de infamia ⁊ morte diuinitus reuelata. Dñs igit noster iesus xp̃s vt diximus in superioribꝫ veritatẽ docebat: arguebatq; viti publica phariseorũ Insuper ⁊ turbe sequebant eum eratq; fama illius in populo vulgentissima. Quare pharisei odiebant eum ⁊ inuidebãt glorie ac fame sue. Insuper timebant ne forte aliqua nouitas sequeret. ex qua indignati romani se suaq; dissiparent. Ideo om̃i humanitate ac veritate deposita quesierũt pi

latum: vt eum morti traderet. O igitur gens crudelissima iudeorũ. O crudelitas inaudita. O excogitata malicia. Conuenerunt aduersus sanctũ sanctoꝝ ⁊ paratũ nos sua passiõe saluos facere morte violẽta peremerũt. Cuius nomẽ benedictione deuotissima benedicamus laudemusq; in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quartusdecimus. de sublimitate ⁊ magnificentia crucis in qua xp̃s operatus est salutẽ humani generis.

Humiliauit semetip̃z factus obeiens vsq; ad mortem: mortẽ aũt crucis. ꝓpter qđ ⁊ deus exaltauit illũ ⁊ dedit illi nomẽ qđ est super om̃e nomẽ. Doctoris gentiũ verba sunt ista ad Philipẽ. ca. ij. Pijssima verba de cruce xp̃i proclamata offendũt aures maliuolas iniquoꝝ pro quib; ita loquit̃ Paulus. i. ad Chorꝫ. ca. i. Verbũ em̃ crucis pereuntib; quidez stulticia est. his aũt q̃ salui fiunt. i. nobis virtus dei est. Et infra. Iudei signa petũt greci sapientiã querunt. nos aũt predicamus xp̃m crucifixũ. iudeis quidẽ scandalum. gentib; aũt stulticiã. Quia ꝟo humani generis redemptio facta est per xp̃m in cruce. Indeq; om̃es gr̃e ⁊ salutis emanat plenitudo vt letent̃ fideles deuoto corde colentes xp̃m pendentẽ in ligno. terreant̃q; iudei ⁊ increduli omẽs. In h̃ sermõe de laudib; crucis xp̃i dicemus. Ad illã vtiq; auctor vite humilis ⁊ mansuetus ꝯscendit. vt vñ mors oriebat̃ inde vita resurgeret. De ip̃a itaq; benedicta cruce locuturi tria mysteria ꝓponimus ꝯtemplãda.

¶ Primũ dr̃ magnificatiõis.
¶ Scđm exaltatiõis.
¶ Tertiũ adoratiõis.

¶ De dignitate crucis q̃ colligi potest ex figuris ⁊ reuelatiõe atq; inuentione ip̃ius.

Capitulũ. I.

Primũ mysterium contemplandũ de cruce christi dicitur magnificatõis. Diligenter quidẽ perscrutari debemus quanta sit dignitas ⁊ magnificentia crucis. Quod poterimus facile deprehendere si voluerim⁹ đ illa ꝯsiderare atq; inspicere maxie tria.

¶ Primo eius figurationẽ.
¶ Scđo eius reuelationẽ.
¶ Tertio eius inuentionẽ.

Qual'r crux q̃ꝫtũ ad mat̃iaz figurata fuit

¶ Primo possumus cognoscere magnificentiã ⁊ dignitatẽ crucis si consideremus eius figurationẽ. Inuenimus nãq; multa magnalia dei nõ sine mysterio in ligno celebrata. q̃ vtiq; lignũ illud venerabile crucis in qua saluator noster pependit premõstrarunt ⁊ figurarũt. vt Aug⁹ dicit in sermone de passiõe. In. ij. nãq; ca. Geñ. legimus. ꝙ produxit deus lignũ vite in medio paradisi cuius fructus senectutẽ impediebat. ꝑm Augu. li. xiiij. de ciuitate dei. Qđ ita declarat Nicolaus de lira. Ad vitã inq̃t vniuersalẽ ꝯtinuãdo req̃rit̃ cib; ꝑ quẽ restituit̃ humidũ deperditũ per actionem caloris naturalis. verũtamẽ ista restauratio nõ fit ꝑm equiualentiã. vt dicit ph̃s. i. de generatiõe. Quia caro generata ex alimento impurior est q̃ꝫ prima. sicut ⁊ vinũ generatũ per aque appositionẽ ⁊ ꝯuersionem qꝛ si ꝯtinuaret̃ talis appositio vinuz fieret aquosuz: ⁊ tandẽ deficeret species vini. Et eodẽ modo qꝛ caro generata per alimentũ impurior est: ⁊ per talẽ ꝯtinuationem inducit̃ senectus in qua carnes sunt ĩpuriores: ⁊ tandẽ deficit vita. Ad hoc ergo ꝙ predicta restauratio fieret in Adam ꝑm equiualentiã: ⁊ per ꝯsequẽs impedirẽt̃ senectus dabat̃ sibi edere de ligno vite. Potuit hoc figura esse ligni crucis xp̃i: cuius fructus a fidelib; degustatus vitã gratie ꝯseruat in aĩa. Fructus em̃ crucis est dñs iesus xp̃s pro nob̃ pctõrib; crucifixus. In vi. aũt ca. Geñ. hr̃. ꝙ volens deus tpe diluuij in Noe ⁊ filijs eorũq; vxorib; humanũ genus saluare p̃cepit archã fieri de lignis leuigatis. potuisset nãq; deus absq; tanta inundatiõe aq̃ꝝ in aliquo mõte aq̃s disco operto vel alia via saluos facere illos. Voluit tñ vt id fieret ĩ archa lignea ad denotandũ ꝙ in lignea cruce erat humani generis salus ꝓcurãda. Scribit̃ ad h̃ Exo. iiij. c ꝙ cũ deus clemẽtissim⁹ misit moysen ⁊ aarõ ad pharaonẽ ꝓ liberãdo ꝓp̃lo suo. cũ allegasset moyses inabilitatẽ suã eo q̃ ĩ